G
B
N

LJS BIBLIOTHECA SCHOENBERGENSIS
209
SCHOENBERG DATABASE OF MANUSCRIPTS LJS

In Libros
Magnorum Moralium
Questiones
Selecte
Questio Prima.

Utrum nature rationali possibilis sit Beatitudo.

Videt quod non. 1o. Beatitudo est bonum satiativum, sed nullum bonum explet appetitum humanum, unde quo plura habemus sitimus plura, ergo nulla Beatitudo.

2o. Beatitudo est aggregatum omnium bonorum, sed plura bona non possumus simul possidere, vi. n. forte moriendo vitam amittimus, si timidi vitam custodimus perdimus virtutem ergo.

3o. Beatitudo redderet hominem omnino impassibilem, ergo infelicem maxima n. infelicitate otiari semper. Immo

bilis esset, quia operari debet solum propter felicitate, sed habita fe-
licitas non ulterius inquirenda, ergo illa semèl obtenta non operà-
dum.

Eo Vel Beatitudo esset naturalis, uel supernatu-
ralis, possibilitas huius non potest lumine naturali probari pos-
sibilitas illius nullo modo constat, ergo licèt possibilis beatitudo
sit, non tamen sumus de illa naturaliter certi.

Seo S. Si felicitas possibilis est debet patere lumine
naturali. Debet .n. media uirtute acquiri, debet esse frenum licentiæ,
stimulus uirtuti ut exdicendi patebit non autem esset si prorsus
esset ignota, ergo si possibilis est debet etiam esse nota. Huius possi-
bilitas patet 1o. ex ipso nostro desiderio felicitatis, omnes .n. natura-
li instinctu appetimus esse beati, et quilibet interrogatus uelit
nè felicitatem, non existanter respondet uelle, sed desiderium
naturale, ut potè nobis inditum à natura debet esse explebile
non .n. uellet hominem, nanis curis torquere, sicut fugientibus
somnis tantalus, sicut semper reuoluto saxo Sisiphus, ergo possi-
bilis aliqua beatitudo. Patet 2o. ex pretio uirtutis. omne bonum
externum contemnere debemus propter amorem uirtutis, Stoici et Gen-
tiles laudarunt, qui morte pro patria certare subibat. Atqui uirtus non duceret
ad bonum magis laudabilis non esset, sed uitupperanda omninò
illa fortitudo, quæ .n. prudentia, officij honore, uitam prodigere
ubi magis non speret premium. 3o. Rep. dico uirtutem sibi ipsi pre-
mium. Virtus quidem amanda non est propter lucrosa et bre-
uia terrena bona amanda tamen propter æterna. Virtus .n. est quia
disponit ad optimum, non disponeret autem ad optimum, nisi uiam
aperiret felicitati, ergo si uirtus optima est possibilis felicitas.

Ad 1m. Quid præsentia bona explere nequeunt

humanum appetitum umbra felicitatis sunt, non felicitas, hęc quęrenda alibi.

Ad 2m. Corpora quo minora eò facilius in unū congregunt locum, bona, quo magis diuina, eo difficilius adunari simul, ipsa diuino excludi excellentiam boni: perfectio in. in identitate. Defectus in distinctione. Hęc attendunt non exspectandam à creatura nostra Beatitudinem sed inquirendam in summo bono, ubi nullus defectus, nulla oppositio, quia nulla distinctio, nulla limitatio.

Ad 3m. Optemus optaturi, optemus gaudentes, habita felicitate cessaret actus quibus inquirimus, ut spes desiderium, timor, perseueraret quibus vtimur, ut cognitio, amor, gaudium.

Ad 4m. Ratio dictat Beatitudinem aliquam esse possibilem, et naturalem sub conditione valitem, quod melior nō offerat nobis. quia autem à seruitute, in quam iustā legis Naturę nascimur, eleuati sumus ad dignitatem Filij adoptiui Dei, Vt meliorem ex priuilegio sortiti sumus conditionem, ità, et meliorem à gratia expectamus Beatitatem, et sicut hęc supra Naturam est, ità supra naturalem conditionem.

Questio Secunda

Vtrùm felicitas sit naturaliter debita.

Videtur Quod sic. 1°. Naturę irrationali debetur quędam species felicitatis, vt centrum elementi, in quo quiescat ergò multò magis, et naturę rationali debetur sua Beatitudo nō pociorij conditionis vt in adeptione finij, quia melioris in excellentia naturę.

2°. Illud est naturaliter debitum, sine quo

est positiuè imperfecta substantia, ideò calor debitus igni, frigusque, et quælibet Physica proprietas substantiæ materialis ad finem Beatitudine est imperfectissimus homo utpotè destitutus suo primario fine, ergò.

3°. Quæcunque debent media ad aliquem finem, debent esse finis, sunt.n. connexa cum fine, at naturæ rationali sunt debita instrumenta pro adeptione felicitatis scilicèt intellectus, et voluntas, ergò debent esse felicitas.

4°. Si dicas indebita felicitas, quia inhoneste operando possumus illam amittere, hoc non probat, adhuc.n. prohibitis operationes inhonestæ, licèt non retraherent simpliciter, sed differrent solum prosecutionem ultimi finis, quales sunt peccata venialia ergò.

5°. Naturaliter debitum dici potest uel stricte, quando subiectum est naturaliter capax uel stricte, quando denegari non potest nisi illata iniuria, sicut ubi igni auferatur calor.

6°. Modo debet felicitas, non.n. ordinari potest subiectum naturaliter ad aliquem finem, quin sit naturaliter capax illius, cum autem natura rationalis ordinetur naturaliter ad felicitatem tanquam suum finem naturaliter est capax illius.

7°. Modo deberi non potest ex perfectione mixta naturæ rationalis, cum.n. libera sit ad bene, uel male operandum, debuit et præmio provocari ad virtutem, et pœna coerceri à vitijs, nullum autem præmium efficacius felicitate: si.n. proponeretur solum maior quædam participatio beatitudinis, vix illa sufficeret frenandæ humanæ licentiæ, plures.n. contenti, sed pene beatos, despicerent, excessum illum propositum rectè operantibus, cum præsertim bona huius vitæ eo violentius trahant voluntatem, quo sunt propinquiora sensibus. In quod vitia. eo magis offendunt homines, licet noverit se amissuros

ex integro felicitatem: Quę nõn admitterent si prout grauissima scelera adhuc essent de sua Beatitudine securi. Accedit quod hęc ipsa omnio felicitatj naturaliter indebitę, et nostro labore aquirendę maximè utilj est gubernationi humanę Reipublicę, ergò non debet esse falsa nõ .n. ita constituta natura ut gubernari recte nõn possit, nisi ex errore, accedit Dęmon suauij quędam dulcedo felicitatis, si prauis nostrij laboribus, ità aiebat ille, hęc mea manu sunt facta.

Ad 2.m Quià felicitas hominj est sinè comparatione maior, umbratilis illa precaurum, mirum non est, quod uirtute nobij acquirenda sit nõ expectanda dona naturę. Sta conciuia in bello pro: pulsa liberaliter dona principes triumphos reseruat fortiter pugnadi. Laborem satij compensat merces.

Ad 2.m Propriętatj debęnt subiecta iuxtà naturã ipsius. Quià ignis est agens necessarium calor debet illi absolutè nisi impediatj ab extrinseco, quià homo in alijs, in quantum homo liber est in alijs, in quantum animal necessariò, hinc altià debet illa determinarà, nt descendere propriè ponderę, altià dependenter ab eius libero arbitrio, nt felicitas.

Ad 3.m Quotię media sunt connexa cum fine et usu mediorum, nõn est liber, si debęnt medià, debet finj, nõn debet è contrà si liber usu. Militi euntj ad pugnam, debet a rege Principe, non debet ideo coronam, quia pendet hęc à uictoria, et uictoria ab usu libero armorum. Media ad felicitatem non negauit nobj natura, aliàs nobj esset impossibilis noster finis. Eorum recta usu pendet à nostro arbitrio, si Beatitudinem non acquirimus, culpa est inordinatę uoluntatj, non impro: uidę naturę.

Ad 4.m Patet probauimus altè medio.

Quæstio Tertia.

Utrum felicitas debeat esse æterna.

Videz Quod nón. 1.º Premium debet proportionari meritó, sed actioni honestæ sivè momentaneæ suæ, ergò felicitas, quæ debet rationem premij non erit æterna.

2.º Felicitas est bonum creatiuum, sed licet æterna non sit, adhuc explere potest appetitum, sicut imperium ad quosdam annos, implet regnandi cupiditatem, ergò.

3.º Debet variare appetitum non quemcunq; sed prudentem, sed felicitas, quamuis non æterna variaret appetitum prudentem, non .h. prudenty esset illa cupere si uideret à Deo nó donandam, ergò quamuis æterna non esset Beatitudo esset.

Sed Licet felicitas posit æternè participari in infinitum, adhuc Beatus est, qui illam utcunq; possidet, nec torquet defectu maiorij, et possibilis felicitatis, ergò neq; crucierat termino felicitatis, licet uideret possibilem durare in infinitum, eadem ratio est de maiori participatione, uèl secundum intentionem, uèl secundum extentionem.

Rº. Felicitas non esset, si æterna non esset. Hinc Augustinus Libro Decimo de Ciuitate Dei loquens de uita Beatorum inquit. Quæ beatissima esse non poterit nisi de sua fuerit æternitate certissima. Et ratio est, quia uèl fingimus Beatum ex errore, credere perpetuam suam felicitatem, uèl ex incuria non cogitare, uèl sentire hunc ipsum imminentem defectum. Ex errore, aut ignorantia Beatus esse non potest. Est. n. summum malum, et imperfectio hominis nati ad ueritatem, malum autem habet corrumpere, non efficere, alias malum nó esset, sed bonum.

Hinc errores insanos somniji illusos non existimanij neve felicij, quamuij ipsi sibi videanij felicissimi. Felicitas n. bonu est supra omnia prudenter amabile, quij autem prudenter amet, stultitiam aut ignorantiam, quę sunt proprij defectus in eo, in quo homo assurgit supra bruta animantia. Quod si cognoscat nō sine eternam quam felicitatem, nōn potest iam esse felix, eumdę ipsa consideratio maximè torquebit animum et eo uehementiuş quo bonum maiuş. Hinc nullus esset infelicior, quam ille idem possidens felicitatem, quippe clarius cognosceret bonū proprium, eoq; uehementius doleret propriua iactura.

Ad 2m Si seruari deberet opportuna proportio, sicut momentanei sunt actus nostrę uirtutis, ita momentanea esset felicitas, sicut momentanea uitia, ita, et pœnę, at proportio in hoc est, quod quodcunq; felicitati respondeat quoderi uirtuti. Considerati utriq; iuxta intentionem. Correspondeat inquam non Geometricè, sed moraliter. Nam offerenti pretium frigidę, equa Geometricè premium regioneret Principis, si tantundem imperata donaret aquę sed hęc non est equalitas moralis, nec iuxta uetitum quod Princeps quem sitit ardentem frigida subtrahat uenię colonę. Ad hoc considerari debet, et dignitas conferentis premium, et dignitas accipientis. Quia homo natura sua excellit irrationalē creaturam debet ei premium actionis ordinij, quia Deus est, qui elargiş adhuc iterum debet maiuş; hęc faciunt uirtutem proportionatam felicitati. Adhuc et in duratione seruanş alia qua proportio, nam si ęterna felicitas est etiam actus Dei quantum ex se est, perseuerat in ęternum, si non physicè, saltem moraliter.

Ad 2m Patet ex dictis. Ex hoc ipso bona mortalia

non explent animum, quia torquet nos semp timor iacturæ.

Ad 3m Appetitus imprudens non est qui à natura est. Naturaliter optamus, non solum felices esse, sed semp esse. Quod si Beatitudo futura, æterna non esset, appetitus erit, et non erit prudens, non erit, quia oppositus ut supponit Diuinæ voluntati, erit quia procedens à natura. Sine implicat illa passio.

Ad 4m Assignat disparitatem. Homo adhuc Beatus esset, quamuis non haberet maiorem, et possibilem Beatitudinem, quid ergo mirum, quod non crucietur odij defectu, at ubi agit de sine Beatitudinis, de ipsa substantia Beatitudinis agit, non ergo mirum, quod Beatus esse non possit, qui substantiam Beatitudinis perderet amittendam.

Quæstio Quarta.

Utrum felicitas consistat in delicijs.

Videtur Quod sic. Desideratur ut finis, quod desideratur sine fine diuitiæ desiderantur sine fine. Nullus enim contentus sua sorte, ergo desiderantur ut finis, adeoque ut Beatitudo.

2o In eo est Beatitudo propter quod omnia fiunt gratia autem huius omnia fiunt, quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames, ait ille, Ecclesiastes; pecunij obedient omnia, ergo Beatitudo in diuitijs.

3o Pecunijs reliqua facile comparamus, unde Quinto Ephicorum dicitur, nummum esse inuentum, ut sit quasi fideiussor habendi pro eo, quodcunq; homo voluerit, ergo in pecunijs summum bonum, cum in illis velut in semine inueniantur cætera.

E.° Prodigere est uitium ergò ad minimum di-
uitijs sunt pars felicitatis, nàm sicut uirtus est, quę ducit ad finem,
ità uitium, quod retrahit à fine, sed diuitię dispergere, nõ retrahe-
ret à fine, nisi saltem quatenus illę sint finis ergò.

Ex. Quod in diuitijs non sit felicitas nostra mult.
tijsciter constat. finis adeptus facit simpliciter bonum, sicut finis
secundum quid, bonum secundum quid, at diuitię nõ faciunt simpli-
citer bonum, quot.n. diuitię mali ergò.

2.° Nemo potest prudenter laudari, eo, quod amittat
suum ultimum finem, sed eo saltem primus ex parte, sed nimis libe-
ralitas, tum munificentia, quibus alijs communicamus nostra opa,
laudabiles sunt, et honestę, ergò in diuitijs, non est nostra beatitudo.

3.° Mercatura, et auaritia essent uirtutes omnũ
prestantissimę, nàm excellentior illa uirtus est, qua magis ap-
propinquamus nostro fini, sed mercatura et auaritia, maxime
augent opes, ergò erunt nobilissimè uiuendum.

E.° Quidquid ducit ad ultimum finem ho-
nestum est, uirtus est. quippe omnis honestas, et uirtus ex eo
potissimum desumitur quod ducat, et sit dispositio ad finem
sed latrocinia rapinę, bella tyrannides ducunt ad opes, ergo uitia nõ
sunt, sed uirtutes, et uniuersaliter omnia honesta, unde lucrum.

5.° Si in diuitijs est felicitas nostra pessime
erit constituta natura rationalis. Quantum.n. diuitiarum aquirit
unus detrahit alteri adeò, quo felicior euadit unus fiunt reliqui
infeliciores, ergò inuidię, rixę, odia erunt necessaria, imò uirtutes.
Nam prosequi finem, et auersari carentiam finis uirtus est. Ex
alia parte homo est animal sociabile, societas non custodit, sed
euertit odio, et hostilitate, ergò ità esset constituta humana Resp.

uel neq; bellum pati posset, neq; pacem. Non ergò Beatitudo in diuitijs—.

Ad 5m Quę laudabiliter, et honestè desideramus absq; fine habent rationem nostri vltimi finis, non autem quę optamus ex intemperantia nostę voluntatis, talis est fames diuitiarum: Hinc sapientiores omninò despiciunt hęc bona caduca: bonos communiter damnamus vt infirmam, sordidamq; hanc habendi cupiditatem. Preterea quis prudens optet possidere diuitias sinè fine, et termino cùm illa sint adiumenta huius vitę mortalis, et ea demùm absolutè iam diuitijs non esset, sed inutilis sarcina—.

Ad 2m Patet vitium .n. est omnia facere, amore lucri, vitiq; amanda propter honestatem, non quia sępe habet diuitias, et ueniant cà dote sagittę.

Ad 3m Sapientia non emitur argento, aut auro, quod si plura diuitijs obtineamus hoc ipsum ostendit, in diuitijs non esse Beatitudinem. Stulti .n. estimamus, quę pecunijs emimus, quam pecuniam ipsam, quę adhibemus, tanquam media, sed nihil est detestabilius Beatitudine, nec illam possidenti possumus dimittere, vt aliud bonum aquiramus, ergò in pecunijs non est Beatitudo—.

Ad 4m Prodigere est vitium, non tamen eo quod sequatur quęstus, nam quęstus ob honestos finis vltio suscepta laudabilis est, Virtus non vitium. Malitia igitur prodigalitatis alicunde est quia bona dissipat imprudenter, quę seruanda vitę, aut familię, aut alijs manenbus fore reseruanda—.

Questio quinta

Utrum Beatitudo sit in honore

Videtur quod sic. 1° Honor est bonū maximè Diuinum, et quodammodò similiter Deo uidetur, qui cohtis ab omnibus: Et bonum ęternum perseuerans post uitam, imò reddens hominem immortalem, unde Boetius Libro De Consolatione inquit. Vox immortalitatem uobis promittere uidemini, cùm futuri, famam temporis cogitatis, ergo in bonore felicitas

2° Omnem bonum laudem contemnimus propriè famam. Illine Laudant, qui mortem pretiosam reputant, ut laudent, apud quos Cives aquirant, Lex et Scriptura dicit melius est bonum nomen quamdiuitis multis, sed sola felicitas est, in cuius comparatione negligenda reliqua bona ergo.

3° Illud est summum bonum, cuius oppositum est summum malum, sed dedecus, et infamia sunt maximum malorum, ergo Illine laudabiliùs honestè mori, quam turpiter uiuere, ergo idem, quod prius —

4° Honor est bonum proprium hominis ut homo est, nàm uoluptatem, et inuolentiam etiam bruta sentiunt honorabilia autem sunt illa solum, quę prędicta ratione: felicitas autem statuit debet in bono proprio hominis ut homo est, ergo in honore —

Ex contra. Sicut aliud est amabilitas, aliud amor, ità aliud honorabilitas, aliud honor. honorabilitas est meritum honoris, honor est fama cum laude notitia. Alius est honor uerus et legitimus, alius falsus, et spurius. Verus in eo est, quod nouerint alij laudenty nostrā uirtutē. Falsus, quod decepti ita nos sentiāt, et nimia uirtutis existiment nos supra meritum. In uerto felicitas

pendet honor ab aliorum arbitrio, qui sepè iudicant iuxtà propriam affectionem non iuxtà meritum obiectivum. Ut felicitas nostra nò debet pendere ab arbitrio creaturarum, sicut. n. miseria genus est, procavio alium emendicare, ità et multò magis servare felicitatem à libe: ralitate creaturarum, sine digna laudibus facere sapientis est, laudes humanas aucupari insipientis, hinc nullus melior, quam ambitiosus.

2º Contemptus honoris est maximè extimabilis, hinc Ethnici quamvis religiosi ad hanc virtutem illi pervenit et iactanti se calcare fastum vitæ regionum, calcat, sed ab fastu laudabile autem esse non potest despicere felicitatem, non ergò felicitas in honore.

3º Extimas honor, quia indicium, et quasi umbra felicitatis. Hinc sanus non est, sed exprobatio laudare de virtute, qua quis aperte caret, Hinc vitè indignatur, qui de formæ elegantia comendatur, conscius ingenitæ sibi fœditatis. Quin gravior offensa, quasi laudis suppetat in hoc ipso errare laudatum, quod non agnoscat sui errores, sanctus ergò spernitur, à qua pretium derivatur in honorem, nihil autè pretiosius felicitate, non igitur felicitas in honore.

4. Supremum bonum debet esse aliquomodo intrinsecum, honor autem extrinsecus nobis est, et in opinione alterius. Quod si dicas possideri à nobis cum illum cognoscimus non sufficit vicut decipimur extimantes nos sapientes non sapientes, decipimur sæpe quoq; opinantes, plures alios fieri, quam revera. Cognitio autem, qua possis dici felicitas non potest esse incerta et ambigua.

Ad 1. Dm Patet ex dictis. honor. n. est bonum extrinsecum, et segnis partis felicitatem, sicut umbra corporis.

Ad 2. Propter famam contemni virtus nò potest, imò virtus est contemptus honoris humani. Hinc Comendatur

Evangelica humilitas.

Ad 3.m Sicut honor sequitj, et est vestigium virtutj, ita infamia sequitj, et est indicium vitij. Ihne vitium maius malum.

Ad 4.m Quia honor est bonum rationale, ideò sugirà reliqua materialia æstimandum, adhuc tamèn summum non est, ideò neq; felicitas.

Quæstio Sexta.

Utrum Beatitudo sit in aliquo actu rationali.

Videtur quod non. 1.o Nullus actus noster est infinitè excellens, et dato unoquoq; possibilj est alius melior in eadem linea ergò nullus, quotest esse nostra felicitas, si in actu rationali esset, esset in infinitum.

2.o Si Beatitudo in nostris actibus est, non esset illa quæsenda extrà nos: Hoc autèm privilegium est solius Dei. Sicut .i. creatura, quià rimperfecta non habet in se principium existendi, sed debet ab alio fieri ita nec habere potest, in se principium bene, felicitèrq; existendi, sed debet aliunde emendicare. Deus autèm ut actus suæ essentiæ sibi est, ita et actus suæ felicitatis.

3.o Actus nostri in potestate nostra sunt, præsertim si rationales, cujus et felicitas esset absolutè in nostra potestate, et nullus posset non esse felix non quia felicitatem nolit, hoc .n. impossibile, non quia ab alio prohibeatj, actus .n. interni sunt liberi.

4.o Actus nostri sunt fluxi, nec quià naturæ

sua momento pervenit, nisi quia mutari ad arbitrium. amabilatoria est .n. voluntas hominis sui terram, felicitas autem debet esse permanens, et constans.

R.o Nemo efficitur miser, quin sciat miseriam suam, nemo efficitur beatus, quin noverit felicitatem suam. Leviùs tum miseria est, se non sentire miserum, defectus felicitatis est se non sentire Beatum, et quidem felicitas hominis debet esse in ea linea, in qua homo ascendit supra reliqua entia inferiora, felicitas .n. debet proportionari subiecto, ascendit autem Intellectus et voluntatem, nam in reliquis viventibus est brutis animantibus, ergò felicitas propria hominis debet esse in linea superiori, videlicet intellectui, et voluntati, adeoq. exigens actum aliquem rationalem.

Ad 1.m Quamvis actus nostri secundum se finiti sint ratione obiecti, sunt infiniti secundum quid, et hoc sufficit, ut partialiter constituant nostram felicitatem.

Ad 2.m Requiruntur quidem, non tamen sunt simpliciter tota Beatitudo, hinc à nobis egrediendum.

Ad 3.m Actuum nostrorum non sumus adoptati Domini, cum illi non sint absolute a nobis, sed etiam ab alijs principijs. Actus beatifici nostri erunt quia à nobis elicti, quia ab ipsa virtute: tenebuntur etiam à voluntate Divina, quia Deus supremus Gubernator donat illos iuxtà mensuram meritorum.

Ad 4.m Actus fuerunt secundum inchoationem permanebunt secundum speciem. Hoc sufficit nostræ felicitati. Quod .n. obiectum inchoandum aspiciamus seu ratione A, seu ratione B. equè clarè nihil refert.

Quæstio Septima.

Utrum Felicitas formalis cõsistat in Visione, & amore Dei.

Videꝫ Quod Non. 1°. Actus voluntatis de suo genere perfectior est actu intellectus sed felicitas debet esse in actu perfectissimo, ergò in solo actu voluntatis.

2°. Si felicitas statuꝫ in cognitione Dei, vel in intuitiva ponaꝫ, vel in abstractiva: Intuitiua non habet quia natura, Abstractiua nõ sufficit, nam hæc satiaret potiꝰ, quam expleat desideria ergò.

3°. Videꝫ excludendus amor: Beatitudo in est in effecta possessione summi boni, sed cognitionem præcedente ad amorem, bonum possideꝫ effectè, sicut videndo, possidemus colores, gustando cibos, ergò amor sequitꝰ, nõn est felicitas.

4°. Videns Deum, intelligit, habeꝫ summum bonum, quamuis non intelligat amans Deum, ergò idem quod prius.

5°. Etiam gaudium deberet ingredi, et non tam Beatitudinis, nam esse Beatum est effectè gaudere.

6°. Felicitas alia est obiectiua et bonum, ut quod, alia formaliꝫ, et bonum ut quo. Felicitas ut quod non potest esse nisi Deꝰ, nam reliqua bona imperfecta sunt, et desiderium explere non possunt. Obiectum autem beatificum debet esse expletiuum, ergò solus Deꝰ, et hoc maximè decebat, ut idem sit primum a quo aggredimur, idem et finis, ad quem aggredimur. Felicitas ut quo debet esse tam in cognitione clara Dei, tam in amore subsequenti cognitionem. Ut. n. fiat Deus bonum nostrum, debet possideri possessione effecta, et proportionata, tam possidentis, tam possessi, sed homo natura sua rationalis est, Deꝰ spiritus

Rationalis, ergò Deus possideri à nobis debet, non sicut lapis possideri centrum, sicut ignis calorem, sed veluti Amicus Amicum, duæ autem vires ejus potentiæ in homine sunt, scilicet intellectus et voluntas, ergo secundum utramq; possideri debet summum bonum, ut possideat effectè, et possessivè. Cum ejus Deus est summum verum, et summum bonum, ergò ut possideat effectè secundum utramq; rationem possideri debet ut prima Veritas per intellectum, ut prima bonitas per voluntatem sicut videri, et audiri, et odorari, nec solo gustato, nec solo odorato effectè possidet sed requirit utrumq; organum, et utraq; sensatio, ita nec solo intellectu, nec sola voluntate possidet effectè summum verum, et summum bonum, sed utramq; potentiam per cognitionem, et amorem. Confirmatur ea est effecta possessio substantialiter, quæ licèt crescere possit secundum intentionem, crescere nò potest secundum modum essentialem possidendi. Possessio autem felicitatis per cognitionem, et amorem, augeri quidem potest intensivè, si fiat cognitio clarior, amor intentior, crescere non potest secundum essentiam, nàm semper erit in utraq; linea cognoscendi et amandi, nec aliàs aliquà possidet Deus, quod si solùm intellectu possideat crescit secundum essentiam possessio Vbi per intellectum, voluntas amans, ergò effecta possessio felicitatis utrumq; includit scilicet cognitionem, et amorem.

Ad 2m Disputant num actus voluntatis sit effectio actus intellectus: Certum est non esse effectionem ex toto genere. Nàm amor Musicæ imperfectior est visione intuitiva Dei, ex genere suo sed ut aiunt ex summo genere existimaverint esse æquales, et amorem beatificum Dei, et visionem eandem in æquali gradu, æquales etiàm esse effectiones. Cum nà dicetam sit eadem, eadem intensio, utriusque actus in sua linea, uterq; necessarius, nec aliunde, se excedentes nò sunt nec alter alteri profuturus. Sta verbum, et Spiritus S. procedentes ex

Intellecte, et voluntate sunt omninò æquales. Sed vidi dicaz. Intellectio
effectiuè amore, vèl amor effectiuè intellectione adhuc felicitas stat
in utroque, quiâ uterq; possessiuus summi boni.

Ad 2m. In pura Natura Beatitudo naturalis
haberet 3 cognitionem Dei abstractiuam, et amorem necessariò ad
illam subsequentem. Hinc cognitio esset altioris ordinis, tùm quiâ
Angelus, quas habemus in hac vita non sufficiunt Beatitudini, ea
illa sufficeret, tùm quia figeret voluntatem in amore summi boni,
quod non facimus cognitione communis nostri, cùm quibus remanet
libertas ad peccandum.

Ad 3m. Patet ex dictis. Quamuis. n. cognitio
Dei sit aliqua possessio, non tamèn adæquata et comprehensa.

Pariter tamèn ad 4m

Ad 5m. Amor amicitiæ ingreditur constitutiuè
felicitatis. Est. n. unitiuus, et transformiuus amantium secùm Extasim
ut dicit Dionisius. Amor gaudij non est natura sua possessiuus,
sed supponens possessionem, gaudium. n. est amor boni, et possessio,
Hinc non ingreditur, sed sequitur ad felicitatem.

De Passione.

Quia per virtutes ad nostrum finem
accedimus, per vitia recedimus, examinatis, quæ spectant
ad finem, pauca etiam de virtutibus, et vitijs dicenda,
Sed quia passiones sunt tum virtutij, tum vitij subiectiua:
ta, de his prius.

Quæstio Octaua.

Vtrum Passio sit actus appetitus sensitiui.

Videtur Quod non; Appetitus .n. est potentiarum omnium maximè actiuus cum dominij, et agat non solum q se, sed actiones omnium potentiarum, ergò omnium erit minimè passiuus, ut .n. quo ipsi participamus de actu minus remanet de potentia, ita minus remanet de passione, ubi magis abundat de actiuo.

2°. Omnis immutatio ab extrinseco habet rationem passionis, sed omnis potentia tum sensitiua, tum rationalis mutatur à suis obiectis, unde dicit quod intelligere, et uelle est quodam pati passio ergò propria non est appetitus.

3°. Passio est maior, quo fortius agens, sed bonum uniuersale agit in uoluntatem, bonum particulare, et sensibile in appetitum; Vniuersale autem magis actuum particulari, cum includat uirtutem illius, et præterea ulteriorem, ergò uoluntas magis obnoxia passionibus.

E°. Passio est uia ad corruptionem, etsi magis et magis augeatur, tandem corrumpit substantiam, ut dicit. Sexto Thomicorum Capite Secundo. At non solum appetitus uerum, et sensus omnes, quum sentiunt, patiuntur, et sensationes uehementiores paulatim adhærunt, corrumpuntq; organa, ergò pati, conuenit omnibus sensibus, et non est proprium appetitus.

Xmo. Passio definitur à Damasceno Motus uirtutis appetitiuæ, sensitiuæ ob imaginationem boni, uel mali. Quamuis .n. reliquæ aliæ potentiæ uitaliter aliquo modo patiantur, quia recipiunt actus uitaliter immanentes: attamen passio stricte, et absolute dicta accipitur pro affectionibus appetitus sensitiui. Et quidem si rem altius consi-

degenerę in appetitu ꝓpꝛ cęteri, ꝑticulariter inueniemus patiendi
modum. Aqua ità patitur, ut recepta forma noua non debeant ex an-
tiquo aliquid amittere. Stà aer recipit lucem: aqua è contrà dicun-
dum primam ꝓhabitam, ut aqua calida, dum frigefit, exuit priui-
uum calorem. Aliqua amittunt non solum formam uetere[m]
q[uam]cunq; sed connaturalem exigitam, et permanentem, ità Lyo-
tis, dum febrili ardore corrumpit iuxta ꝓportiõ humorum: Aꝛę
Lapidi promouea[n]t ulteriùs tendit ultimò ad corruptionem subiecti,
et ꝓpꝛ cętera mores nomen Lapidei. Lapidi. ri. ex duplici defini-
da est causis, ab agente extrinseco ꝓpꝛdominante, à propso ꝓpꝛio subie-
to aliqꝫ violentię. Magis ꝓpꝛdominaꝫ in subiectum, qui non solum
inducit suam formam, sed ꝓpꝛterea expellit alteram ipꝛi ꝓpꝛiam:
Magis adhuc ꝓpꝛdominaꝫ, qui expellit connaturalitèr debitam.
ita in Politicis speciei dominij magis absoluti, et despotici, et auser-
re subditi, etiam quę moraliter, et permanenter illi sunt debita,
inflicty ꝓpꝛterea roby ꝓpꝛij, et in hoc stat[uu]nt non nulli supremi
dominium Diuinum, ut ꝓpꝛie de Creaturis disponere, nulla attenta
seù naturali, seù morali illarum exigentia, quod si maiꝛ dominiũ
consequenter maior subiectio, hęc inducunt coercitiue. ꝓpꝛterea hoc
ignarum genus est maiori ignorantiæ, non posse retinere, quę sibi
propria, et naturalia debita.

Iam potentię intentionaliꝫ habent primam,
et latissimam passionem, cum recipiunt suos actꝰ, non habent tertiã
quia anima intellectiua non habent secundam, quia utut quanta
amet, aut intellectu intelligat non debent ex natura rei amittere
formam antea ꝓpꝛhabitam. Pariter potentię sensitiuę, qualeꝫ uisꝰ, au-
ditꝰ, tactꝰ patiuntꝫ primo modo, non autem saltem ꝓ se secundo modo:
oculus .n. ut uideat nullam debet amittere qualitatem sibi connaturalẽ

Pariter neg tertio modo: Nam sensationy ista secundum se consideratę
proprie non alterant, neq; tenent consequentér in organi destructionem.
Dixi per se: Quippę ij accidery uehementior sensatio exigit maiori corpis
spiritij, ex quibus utpote corporeis immutatis, sępe etiam detrimentu
patij organum sensitiuum. Hinc motus appetitus sensitiui sunt
sensibus passionę, quia subiectum immutant omnibus reliquis modis:
Appetitus .n. habet impellere organa ad motum localem habet emit-
tere spiritus uitales ad efficiendą sensationę. Ad mouendum se localiter
ex quibus uehementius requirit facilę contingit etiam organi destructio.

Ad 1.m Quamuis appetitus sit reliquarum potē-
tiarum maximè actiuus, dum mouet omnes, adhuc est sub alia ratione
iam explicata maximè passiuus.

Ad 2.m Constat ex dictis.

Ad 3.m Hinc facit axioma illud uulgare, quod
quicquid recipit, p modum recipientis recipit, anima quia natura
sua immortalis, ita recipit affectionę ab extrinseco, ut grillus nō corrum-
pat; appetitus autem sensitiuus, quia natura sua corruptibilis, ita re-
cipit, ut disponatur ad corruptionem, quamuis ergò bonum uniuersale
sit efficaciùs ad mouendum bono particulari, adhuc ratione subiecti,
minus anima patis à bono uniuersali, quam appetitus sensitiuus à
bono sensibili particulari.

Ad 4.m Patet ex dicty.

Questio Nona

Utrum rectè explicetur Passio amoris

Videtur Quod non, et 1.o Amor fertur ad ea, quę non
cadunt sub sensu, amamus .n. Deum sapientiam, honestatem, quę

sensibilia non sunt, ergo amor non est passio appetitus sensitivi non assurgentis supra sensibilia.

2°. Amor transcendit passiones: Hinc dicit Augustinus libro Decimoquarto de Civitate Dei. Capite Decimonono. Amor sanians habere quod optat, cupiditas est, id autem habens, ea, fruens lætitia. Et fugiens, quod ei adversatur, timor est, eidemq. si accident, sentiens tristitia. est, non ergo amor specialis passio.

Rᵉᵒ. Amorem dicit Dionysius virtutem unitivam, ut hoc appareat, observandus appetitus innatus in rebus virtutibus, dico in rebus sunt inclinationes appetitus, quæ ipsis inveniuntur in rebus appetitus innatus tendit ad unitatem, sicut Materia unitur formæ, forma accidentibus et quamvis videatur solum directe respicere unionem, attamen ipse appetitus innatus est connexio fundans relationes, et mutuam illarum rerum connexionem rerum obligationem, unde dicimus Mundum non posse resolvi propter lites, aut tragediam incoactorum. Item contingit etiam in amore qui regulis naturalem appetitus innatus habet unio physica communicare affectiones, et defectus inter plantas mutuo unitas, habet amor amicitiæ (qui est omnium effectuum effectum autem regula in effectum) habet inquam omnia communicare inter amicos, ut ex bono, aut malo alterius gaudeat, seu doleat alter, quasi ex proprio Hinc amicitiæ dignus est secreta aperire, et intimius videt qui alter secretum meum mihi. Hinc amicorum amici, et ipsi debemus esse amici, velut annulus magnete tactus reliquos trahit, efformatq. catenam. Hinc amor, ut inquit Philosophus ad communicationem bonorum et diversa genera bonorum sunt, inter quæ etiam amicitiæ genus. Alia fundus in iucundo, quasi præcipue inter adolescentes, qui gaudent tradere, sed facile abrumpit, dum mentis inconstantia, ut inquit

crescente ętate, sensà delectant nòn sunt. Alia fundaz in utili, quas ęy inter se sentes, nòn raro auaros, et rixantes facit, alia demum in honestate, quę efficacissima est, quià communicatio boni efficacissimè, natura sua maximè durare, quià virtus natura sua ętterna.

Iam Amor uèl simplicy benevolentię est, uèl amicitię, uèl concupiscentię. Si bonum reddamus alteri non tamen propter ipsum amor est concupiscentię. Si amor sistit, et nò uultę bonum alteri propter aliud, tunc uel amamus ut non redamemus, ut quę desiderat uictoriam Syriacę, cui ipse est omninò ignotus, et est simplex benevolentia, uèl ita ut redamemus et nouerimus redamari, et hęc est propria amicitia. Benevolentia est nexus alicuius, sed non mutuus: Vnà, et exordium amicitię mutuum. n. amandi est, amare: ex mutuo amore amicitię.

Quęri solet An amicitia formaliter sit in mutuo amore, seù potiùs in mutua obligatione amandi se. Pro mutuo amore uidetur stare Philosophus, pro mutua obligatione ratio. Quia: est contrà amicitiam dicere violatur et confringitur: Violatio si non est obligatio fidem non frangit, qui non dedit, Præterea si quis ab amicitia ęgrotè recedat, iure conquestus amicus, quia nihil solet esse acerbius, quàm in calamitatibus ab amicis desere: Non potest autem iure conqueri, nisi ius aliquod habere in amorem alterius, consequenter nisi Amicitia innitatur obligationi. Hinc licèt Benevolam non redamemus, iuste tamen forte erimus non confringere, quià scilicet benevolentia non innitatur obligationem, saltèm speciale. Præterea amicitia ex genere suo ętterna est, nec dirimi potest, nisi culpa alterius. Si amicitia ęffecta, ętternitas hęc fundari non potest, nisi in obligatione semel suscepta, quę semper duret, dum amamus, quod si nulla adsit obligatio voluntas erit semper debeva etiam moraliter ad perseuerandum, uel non perseuerandum.

in amicitia deoq amicitia non eterna ex natura rei, quod autem
eterna sit nec diuini possit, nisi alterius culpa constat. Non n. moti:
um recedendi ab amicitia infortunium esse potest, in quo potius pro:
bans amici, non fortune inuenimentum, quodquid. n. se uerita Aristoles,
qui in meliorem fortunam uenit, debet ueteres amicos non descreue,
sed iuuare. Cum autem uirtus fundamentum amicitie nulla externa
mutatione uariet, sed solo uitio eorum nyat, amicitia pariter dissolui
non potest, nisi alterius culpa.

Queri preterea an amor sit noxius. Quia
amor est prima radix operationum est quo prima radix boni, et
mali, sed diuerso modo, boni q se mali q accidens. Principium boni
q se est, quia natura sua tendit ad bonum, principium mali, quia
q accidens, erarat in hac sententia, seu quia amat, qs ab intellectu
representatur ut bona, et quae bona non sunt, seu quia in comparatione
pluriu bonorum eligit minus. preterea malus est q accidens, quia
ex nimia uehementia, sicut cetera passiones, facile corrumpit orga:
na sensitiua, unde uirtutis destructio.

Queri preterea potest, amor ne sit fortior, an
odium. Si comparatio fiat ex toto genere certum est, et alios actus a mo:
ri superare, et alios superari ab actibus odij, si comparemus supremum
amorem, et supremum odium, amor uincit. Motus amor a summo
bono, mouere odium non potest a summo malo, quod implicat
ergo fortius q amorem tractus uoluntas, quam q odium expellat
Preterea amare est uelle bonum, odisse esse uelle malum, possumus
esse alteri summum bonum, et Deo uolumus, dum gaudemus de
bonitate Diuina, uelle non possumus summum malum, ergo
uersus odium excedit ab amore. Hinc amor quo Beati prosequuntur
Deum in patria, natura sua maior est odio, quo Deum auersantur

damnati in inferno. Amor .n. Beati procedit à cognitione intuitiua summi boni, odij damnatorum ab apprehensione mali, quod nullus à Deo uidetur.

Postremò aduerto, alium esse amorem rationalem, et spectare ad uoluntatem, alium sensitiuum, et proprium appetitus. Hic est, quem inter passiones enumeramus. Hic iterum alius rationalis.

Ad 1.m amor rationalis est, qui prosequitur obiecta solum intelligibilia, amor sensitiuus, qui sensibilia.

Ad 2.m Loquitur Augustinus de amore late accepto, non autem sub stricto significatione, iuxtà quam procedit nostra Quæstio

Quæstio Decima Selecta.

Vtrum prudentia componatur cũ ratione inuincibiliter errante.

Quærimus Vtrum quis errore inuincibili iudicans bonum esse, quod uel indifferens est, ut Mouere festucam, uel de se Malum, uel intrinsece, ut mentiri, uel extrinsece, ut comedere carnes die Veneris, quærimus inquam an conformando se huic errori possit prudenter operari. Supponatq; autem, quod conscientia inuincibiliter erronea iudicans, uel præceptum, uel prohibitũ, quod uere tale non est, obliget, ita ut aliter faciens peccet. De quo Prima Secundæ, Quæstione Decimanona Articulo Quarto. Supponatq; quod omnem obligationem in genere moris uenire à lege nomine legis amplector etiam præcepta, ita ut eadem uis, ne obligari, ac dari legem ne obligantem.

Dicendum Posse.

Probat 1.o Quia lex obligans ad faciendum, uel omittendum

omnia illa, quę omnibus consideratis existimamus seu præcepta, seu prohibita, ergo hęc lex potest prudenter impleri, ergo operans ex conscientia inculpabiliter erronea potest prudenter operari.

Distinguo quatet; probemus singula.

Ineptio igitur ab antecedenti idem est obligari ac obligari, ac dari legem obligantem ad illud, sed obligamur ea, vel facere vel omittere, quę libratis omnibus existimamus seu præcepta seu prohibita ergo datur lex obligans ad faciendo ea, quę omnibus consideratis seu existimamus præcepta, seu credimus prohibita.

Dico Non obligari ex lege, qui obligatur ex errore. Sed contra est p.° Conscientia .n. vel est quędam lex divina conscripta in cordibus nostris iuxta illud signatum est super nos lumen vultus tui, vel ut docet S. Thomas est applicatio legis Divinę. Sed conscientia quamuis erronea ligat ergo vel datur lex obligans etiam supposito errore, vel applicatio legis obligantis, etiam supposito errore, ergo talis obligatio derivatur à lege, sicut alia quęlibet. Nię docentes omnem obligationem venire à legibus de obligatione loquuntur, seu supponat, seu non supponat errorem intellectus. 2.° Facienti contra conscientiam inculpabiliter erroneam peccat, ergo violat legem, ergo lex adest, obligans etiam in hypothesi conscientię erroneę. Consequentia patet, peccatum .n. iuxta definitionem Augusti, est dictum, factum, concupitum contra Legem Dei. 3.° Ubi nondum lex ista reflexa præcipiens, ut conformemus nos conscientię nostę, quamuis erranti, et faciamus quę potest dictare examen, iudicamus facienda, non erit Ratio cur dissentiens conscientię errantę peccet, cum nullam violet legem. Contra est 2.° Cum .n. sapientis legislatoris sit ferre leges proportionatas subditis, et homo vix paucissima euidenter cognoscat, debuit obligari ad sequendam suam Rationem, quotiescumq; demum illa sit, seu

vera, seu falsa, dum adhibito prudenti examine iudicet veram.

Probat 5ª Consequentia 3ª implicat lex, quę absolutè impleri non potuit, ergò etiam lex quę non potuit adimpleri prudenter. Antecedens patet. Lex .n. impossibilium non est lex, sed nisi manifesta violentia, si legislator præsumeret subditi impotentiam, seu ignorantia, si non præsumeret. Ratio à priori est quia lex debet esse ordinatrix naturę rationali ad finem suum, sicut .n. ę qualitates physicę agunt irrationaliter ad suum finem, ità ę legę morales dirigit agens rationale ad suum. Lex autem impossibilium non ordinat ad finem, media .n. impossibilia media non sunt, ergò si lex præciperet impossibilia non est directiua ad finem, lex non est, sed monstrum legis. Ex eadem ratione debet posse prudenter impleri, quod .n. prudenter fieri nõ potest, non ordinat hominem ad suum finem. Prudentia .n. respicit quęcunq; cadunt sub libera nostra electionem, et faciunt ad finem, Vndè sexto Ethicorum definit habitu cum vera ratione actiuu circà ea quę bona, uel mala homini sunt, scilicet in quantum est homo, ergò lex præcipiens, quę prudenter fieri non possunt, non præcipit quę faciat ad nostrum finem, non est ordinatiua subditi in finem suum, ergò lex quęcunq; et præsertim Diuina omni ex parte perfectissima prudenter impleri potest, igitur et illa de qua sermo.

Vltima Consequentia patet. Adimplens legem præcipientem ea nos facere, quę hic, et nunc omnibus libratis existimamus facienda potest prudenter impleri, ergò qui mentitur S. Credens sine scibilitèr se obligatum mentiri, qui mentitur inquam, ut hanc legem universalem adimpleat, prudenter operabitur. Stat ergò quod Conscientia erronea ad huc sit prudens.

Probat 2º Voluntas faciendi quęcunq; necessaria sunt ad vltimum finem est voluntas prudens, et notabiliter,

ergò voluntas faciendi, etiàm quæ mala sunt, ubi tamen invincibiliter apprehendantur bona, et præcepta est prudens, atq; notabiliter. ergò prudentia componitur cum ratione errante. Antecedens est notum ex termino cum. n. prudentia sit dispositive ad ultimum finem, voluntas illa est necessariò prudens, quæ est necessaria, imo primariò disposità ad ultimum finem. Disponimur autem ad hanc eandem voluntatem faciendi quæcunq; necessaria sunt ad finem nostrum, ergò prudens illa voluntas, quæ autem talem virtualiter vult facere, etiàm mala, quæ ex errore invincibile existimens bona, malum. n. in tali hypothesi fit necessarium ad nostrum finem, ergò voluntas universaliter volens necessaria ad ultimum finem dicit etiàm mala sub hypothesi conscientiæ universaliter erranti, quod si prudens est huiusmodi voluntas, apparet quod prudenter operamur etiam sub errore invincibili.

Probat 3.° Hoc principium scilicet illa sola facienda sunt, quæ omnibus consideratis apparet hic, et nunc simpliciter facienda, ista spectat, ista non spectat ad prudentiam. si ergò ista se conformans conscientia erronea invincibiliter operatur prudenter. Si non spectat, ergò non peccabit, qui operibus huic eidem contradicat axiomati. Quippe omnis peccans pro ut peccans imprudens, sed contradicens illi principio, non est imprudens, cùm ad prudentiam non spectet, ergò non peccat. Præterea prudentia assignat medium virtutum moralium, adeoq; nulla virtus moralis iuxta doctrinam D. Thomæ exerceri potest sine prudentia, ergò si ad prudentiam non spectat illud principium, potest unusquisq; contradicere conscientiæ moraliter obligantæ, et adhuc exercere moraliter virtutes. Præcedenti Quæstione 1.ª de Virtutibus Articulo sexto ad 1.m Docet S. Thomas spectare ad prudentiam iudicare de singulis agibilibus pro ut sunt nuda agenda, sed iudicare non potest, quod debeamus repugnare conscientiæ.

hic, et nunc obligant, quamuis ex errore invincibili, ergò judicat oppositum, ergò ad prudentiam spectat assumptum axioma, quod faciendum sit, quæ hic, et nunc considerata omnibus existimamus faciendæ, ergò prudenti est observari juxta hoc principium.

Objicis 1°. Appetitus recti tunc quæ sunt vere bona amentur, quæ sunt vere mala, ergò non sequitur, aut fugit quæ nobis apparent bona, cum sint mala, vel apparent mala cum sint bona. Probas antecedens. Sicut amor ergà Filium solum ex ignorantiâ conjungibilis est cum occisione Filij, nec enim Later amans Filium venando illum occideret, nisi deceptus existimaret Feram, ità cum appetitu recto conjungi non potest, nisi propter ignorantiâ Recti objecti mali, neq. enim in reverentia composito cum appetitu recti, quis mentiretur nisi deceptus crederet bonum esse mentiri, ergò sicut amor Patris tendit solum in ea, quæ vere bona Filio sunt, ità appetitus Recti tendit solum in ea, quæ vere bona sunt non quæ apparent ex ignorantiâ bona. 2°. Sicut ex sola ignorantiâ possunt jungi simul duo judicia contradictoria, ità ex sola ignorantia cum appetitu recto uniri potest fuga veri boni prosecutio veri mali, ergò sicut intellectus sequitur verum, quod re est tale, non quod appareat ex fallacia, ità appetitus recti, quæ vere bona, fugit vere mala, non quæ solum talia apparent ex ignorantia.

Ad 1um. Equivocationem facere subtilis termini, vere bonum, vere malum. Aliud est bonum secundum se, quod scilicet directè est præceptum à Deo, ut amare Deum, aliud bonum per accidens, quod licet secundum se malum sit et prohibitum, tamen hic, et nunc sub ignorantiâ invincibili est indirectè præceptum ut mentiri, cui existimamus

obligari ad mendacium. Dicunt autem bona, et mala ꝙ accidere, quia accidit illa ignorantia, et supposita ignorantia seu prę-
cipi, seu prohiberi, a Lege Diuina reflexa. Cum ergo dicimus
appetitum rectum sequi uerè bonum, uel ꝙ uere bonum ac-
cipiꝫ late, ut amplectetur bonum ꝙ se, et bonum ꝙ accidere, est
uera propositio, uel accipiꝫ stricte, ut amplectetur solum bonum
se, et est falsa propositio, cum .n. teneamur ad omnia illa,
quę seu præcepta uere sunt, seu apparent solum inuincibiliter
præcepta appetitus rectus nunc non dum quę bona ꝙ se, sed
quę bona ꝙ accidere.

Hinc apparet disparitas ad alia instantiam
de amore Patris, de iudicio intellectus. Dolet Pater Filio pro-
pinasse uenenum, dum existimaret pharmacum, non tamen pro-
pinasse, è contra qui mentitur est existimans se obligatum men-
tiri non potest ex appetitu recto dolere quod sit mentitus, imò
gaudet, quod suppositâ tali ignorantiâ impleuerit legem, ad quâ
tenebatur; pharmacum .n. adhuc est subiecto simpliciter malum
et mortiferum mortis, è contra mendacium in tali hypothesi non
est simpliciter malum, et desordinatum ab ultimo fine,
sed potius sicut ꝙ accidere præceptum, ita ꝙ accidere utile ad finis
consecutionem.

Moralium Finis.

(2)

G
B
N

P